

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Praefatio Tertia

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.295, f. <1r>-<2r>

[<f.1r>-] Praefatio Tertia

Superiori Recitatione [[ornatissimi Auditores]] audiuitis ornatissimi uiri, quibus argumentis ac rationibus hodiernorum Musicorum causam aduersus antiquos tueri conatus sit Philoponus noster, in eo congressu qui [[q]] ante hoc quadriennium Romae habitus [[est]] ab eo est cum Charidoro, Polyaeno, atque Eumolpo praesentibus cum iterum in Charidori aedes conuenissent, [[Reliquum]] Proximum est ut eum pro antiquis certantem ac Philoponi argumenta refellentem audiatis: in quo nisi humanitas mihi uestra penitus perspecta esset, non auderem fatigare diutius tam eruditas aures et longe nobilioribus atque iocundioribus acroamatis assuetas. Dabitis igitur ueniam tam insulsi prolixique sermonis ac simul nouitatem uocabulorum excusabitis, quae ut in argumeto hactenus a paucis [[le]] ac leuiter tractato insuauis fortasse non tamen inepta uideri debet

[<f.1v>-] Sed locus me admonet ut [[in iudicijs solet causidicos latius euagantes interpellamus, ac reliquum Actionis in alium diem]] quemadmodum qui Iudicijs praesunt causidicos latius euagantes interpellare solent ita et nos Charidorum ardore dicendi longius prouectum reuocemus, reliquum Actionis suae in alium diem si bene eum noui (aeque enim mihi notus est atque ego ipse) non grauate reiecturum

[<f.2r>-] Praefatio Tertia

Proxime superiori quam ante oct<id>uum habui Charidorus [[noster supra lin.]] (qui Disputationis nostrae [[de praestantia musicae ueteris primas agit] quasdam rationes summatim collegit ex quibus anti<quae> musicae praestantiam ostenderet uelut ex inepta eorum opinione qui Diatessaron inter <di>ssonantias recenserent ex Generibus ac Tonis parum huc usque intellectis, ex neglectu theoreticae <h>uius partis qui hodie uiget. Sequitur ut [eum supra lin.] ex <com>paratione [[hodierni]] huius [[atque]] et antiqui saeculi idem efficere molientem audiamus. Itaque cautio a me adhibebitur ne male <di>sertae scriptionis taedium nimia prolixitate <exte>ndatur. Cum itaque <trium> nostri pone dixisset <C>haridorus theoreticam ac nobiliorem musicae <p>arTEM penitus hodie flocci pendi cum [[multi]] [[<.>]] pratica atque artificialis eius pars a multis <chri>stiane Reipublicae Principibus ut numquam alias studiose exerceatur. Sed ut redeam (inquit) e [a ante corr.] diuer<t>iculo in uiam

Epilogus

Sed ne promissae breuitatis oblitus uidear, oppor<tu>ne hic subsistam, reliqua octauo post die an<n>uente Deo persequuturus. Maximas uobis inte<r>im gratias agens, quod honoris mei causa <t>am illustris diei [[curas]] partem obscu[ro] [obscura ante corr.] huic [[ad]] acroamati impendere dedignati non estis